

Confitemini Deo caelorum. Cogitemus hic, quo consilio Psalter Psalium hoc elogio Dei conclusit, quo vocat eum Deum caelorum. Non est hoc praeter rationem, nec impertinenter factum. Omnia illa quae Psalmo isto cecinit, conuincunt Deum, quae Propheta celebrat, esse verum illum & unicum Deum, qui caelos inhabitat. Esse enim caelorum Deum, nihil est aliud, quam esse Deum omnia in potestate sua continentem, omnia conseruantem, moderantem, & gubernantem, non solum quae in caelis sunt superna, sed & in terris inferna. Haec cogitemus, quouiescunq; dicimus: Pater noster, qui es in caelis.

PSALMVS CXXXVII.

Habet hic Psalmus planctum filiorum Israel in Babylone constitutorum, quo & desiderium suum, quo erga Hierusalem affecti fuerant, iam liberati exprimunt, & malitia Idumaeorum iustam vltionem imprecantur, ac simul Babyloniae expugnatorem felicem praedicant.



Ad flumina Babylonis ibi sedimus & fleuimus, cum recordaremur Sionis. VERS. 1.

- 2. Ad salices in medio eius, suspendimus citharas nostras.
- 3. Cum illic poscerent a nobis, qui ceperant nos, verba cantici, & deridentes nos, letitiam: Canite nobis (aiebant) de canticis Sionis.
- 4. Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?

- 5. Si oblitus fuero tui Hierusalem, obliuioni detur dextra mea.
- 6. Adhereat lingua mea palato meo, si tui recordatus non fuero, si non extulero Hierusalem supra caput letitiae meae.
- 7. Memor esto Domine filijs Edom diei Hierusalem, qui dixerunt: Vastate, vastate eam ad fundamenta usque.
- 8. Filia Babylonis vastata, bene sit illi qui rependit tibi vices, pro malis illis quibus nos affectisti.

6. Bene sit ei qui capit te, & allisit paruulos tuos saxo. Suspendimus citharas nostras. Græc. & vulgat. Lat. legunt: Organum nostrum. Ebr. est בגרתינא Hieron. & reliqui verterunt. Citharas nostras.

Cum illic poscerent a nobis. Ebr. שאלנו בך Græc. & vulg. Lat. Quia illinc interrogauerunt nos. Sic & Hieron. & Iustin. & Felix. Pagnin. Quia ibi postulauerunt a nobis. Videretur autem vocula בך hoc loco non habere vim rationis, sed simpliciter positam esse ad narrationem facti. Ideo reddidi: Cum illic poscerent a nobis, &c.

Et deridentes nos, letitiam. Ebr. ותללינו Græc. & vulg. Lat. Et qui abduxerunt nos. Hieron. Et qui affligebant nos. Iustin. Et qui abduxerunt nos. Pagnin. Et citharis suspensis verba letitiae. Camp. Et qui insultabant manifeste nobis.

Si non extulero Hierusalem supra caput letitiae meae. Ebr. אם לא אעלה את ירושלם על ראש שמחה Græc. sic: Εἰ μὴ ἂν ἐπὶ τὸ ἀνάστημα τῶν ἱερουσαλήμων ὡς ἐν ἀρχῇ ἢ ἀποπροώσῃς μὲς id est, Si non praordinaueris Ierusalem, velut, in principio letitiae meae. Vulg. Lat. Si non proposuero Ierusalem, &c. Sic & Hieron. & Iustin. Pagn. Si non ascendere fecero in Ierusalem, in capite letitiae meae. Camp. sic: Si non praeposuero laudes ipsius Hierusalem summo gaudio, quod vnquam contingere poterit mihi.

Memor esto Domine filijs Edom diei Hierusalem. Ebr. זכר יהודה לבני אדום אהיום ירושלם Græc. sic: μνησθητι θυε τῶν υἱῶν Ἰδὼμ τῆς ἡμερας ἱερουσαλήμ. Et vulg. Lat. Memor esto Domine, filiorum Edom in die Ierusalem. Sic & Hieron. & Iustin. & Felix. Pagn. Recordare Domine filiorum Edom, diei Hierusalem.

Vastate, vastate. Græc. & vulg. Lat. legunt: Exinanite exinanite. Sic & Felix Hieron. Euacuate euacuate Iustin. Subuertite subuertite. Pagn. Discooperite discooperite.

Filia Babylonis vastata. Ebr. חסרתה Græc. & vulg. Lat. legunt: Misera. Sic & Felix. Hieron. Iustin. & Pagn. legunt: Vastata.

Qui rependit tibi vices. Græc. & vulg. Lat. in futuro legunt: Qui retribuēt tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis. Et Hieron. Qui tribuet tibi vicissitudinem tuam, quam retribuisti nobis. Sic legit & Iustin. Felix quoq; & Pagn. vulgatam versionem retinuerunt.

Bene sit ei qui capit te. Te, non est in Ebraeo, sed simpliciter תפוס: id est, Qui cepit. Quoniam autē ea particula absolutē posita videtur, visum est sic reddere: Qui cepit te: vt de capta Babylone intelligatur, nō, de captis paruulis: de quibus mox separatim subiungitur: Et allisit paruulos tuos saxo. Vulg. Lat. in quibusdā codicibus habet: Paruulos suos. Sic & Iustin. legit: cum sit in Ebr. עללני non עללני.

Psalmus hic non est in Babylone à captiuis, sed à liberatis, iam post illius expugnationem & vastationem compositus. Recte ergo non legimus, Ad flumina Babylonis hic sedimus & fleuimus, dum recordamur Sionis: sed: Ad flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, cum recordaremur Sionis. Voluit enim Psalter liberatis Israelitis hoc Psalmo memoriā calamitātū refricare, quas ad flumina Babylonis sedentes fuerāt perpessi. Dicit itaq;: Ad flumina Babylonis. Quid illic accidit? Ibi sedebamus & fleuimus, quoties recordabamur Sionis. Vocula וְ id est, Ibi, nō est ociosē, sed emphaticē posita. De eo nō est opus, vt a Iudaeis moneā terrā Babylonicā prāter Tigridem & Euphratē, alijs quoq; multis refertā esse fluminibus. Admonēt autē Græca scholia, Israelitis, cū Babylone essent abducti, permissum nō esse, vt in ciuitatibus & intra mœnia habitaret, sed loca fluminibus cōtigua ad habitandū assignata: id quod ex eo quoq; vero simile apparet, quod 2. vers. canitur: Ad salices in medio eius, suspendimus citharas nostras. vnde innotetur, habitasse

LECTIO

Vers. 2.

Vers. 3.

Vers. 6.

Vers. 7.

Vers. 8.

Vers. vlt.

EXPLANATIO

NATIO.

Vers. 1.

presertim  
commen.  
beneficia  
ulla Egi.  
medio est:  
um ē me.  
e celebrat,  
um tradus  
na de recu  
duodecim  
Etio depa  
otanter aut  
ē ipsam ve.  
non recta  
ac prouia  
ereditatio  
sit. Duos  
am & Plal.  
s loco tri.  
in deserto  
obseruan.  
Hieron. &  
cum deiecit  
eli separa.  
ficere ve.  
ei speciali.  
Ista ob id  
rimuntur:  
prouiden.  
s: Confir.  
Deum vo.  
lgata, ad  
storiz ge.  
tur: sic vi.  
de ample.  
in specia.  
riam Dei  
enim cō.  
ud, quā  
non esse  
confitemini